



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Dympna V. M. 15. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

246 VITÆ S A N C T O R V M . 15. May.

fidem jaſtavit, ſed ſublimis abreptus tormenta non
tulit, turpiſq; tranſfugā, ejurato Christo, vix horu-
lam ſupervixit, quā in rabiem actus commansam
dentibus linguam cum infelici animā evomuit.
Eius caſum miferata DIONYSIA, ſedecim annos
nata, illicē ad quæſtionem, deinde ad lupanar abri-
pitur: ſed eam ANDREAS & PAVLVS adolescentes
Christiani, & utroq; fortior cælēſtis genius multā
circumfulſus luce, à vi tutati ſunt; illis poſtridie la-
pidum jaſtu obrutis, invidit DIONYSIA tam ſua-
vem ſub hâc grandine mortem, inque mediam ſe
procellam inferens, ſuosq; amplexa ſervatores,
popularis insaniæ reliquias exhauiſit. Vixit tamen
etiam cum detonuiffet, & ultimum gladio ſpiri-
tum impendit. Sed nimirum ſaxa & ſanguinem
loquimur: Beatuli noſtri ire ad cælum, viā laetā,
& calcare roſas volunt. Ex Surio.

Noli vita hujus felicitatem pravis hominibus in-
videre, ſed cōdole. Imò quia ipſi nondolēt, poriūs inge-
niſce: qui nimirum velut bruta animalia ad ma-
cellum edendo properant, & ad gladium laſciuient
ſeffinant. S. Pet. Dam. lib. 8. ep. 6.

S. D Y M P N A V. M. 15. May.

Nisi frontem unā cum oculis amifit improbus
amor, erubefcet ad infamiam facinoris, quod
ipſo auctore, ſub annum ſexcentefimum geſtum
eſt. Regebat eo tempore Hibernos rex barbarus,
nullā re niſi amore odioque filiæ nobilis. Vidua-
rus conjuge filiam in thorum pellexit, eā quidem
formā, cui comparari eo ævo nulla poterat, ſed iis
moribus, ut non modò incestos amores abomina-
retur, ſed præter Deum nubere omnino nemini in
animum induceret. Vim tamen verita ab infano
amato-

May.

16. Maij. VITÆ SANCTORVM 247

amatore, cum Gereberno sacerdote fugam ultra
mare cepessit, & in agro Antverpiensi sanctioribus
se curis addicit. Pater eodem paulo post appulsus,
cum illa ipsa imagine signatu argenteu exponeret,
qua obsonator filiæ hospiti satisfecerat, ejusdem
indicio filia prodita est. Fœda omnia sunt, quæ
deinde procul dixit, vel carnifex fecit; malumus
tamen spectare sanguinem, quam audire verba
improba & lenonia; quibus cum nihil moveretur,
Gerebernus primum tutor pudicitie illius, ferro
obtruncatus est; Virgo deinde parentis ense ceci-
dit nobilissima castitatis victima. Funus cælum
curavit, neque puduit Angelos vespillonum offi-
cium occupare, allatis è candido marmore urnis.
Virginis honori hoc amplius datum, ut nomen
eius geminæ Angelus inscriberet; eo argumento
agnovit posteritas Dymphnam vocatam fuisse. Ite
nunc Alexandri, & manus quibus pingi singique
velitis, querite: Castitas cælatores Angelos habet,
& tamen heu! quam pauci cupiunt hoc calculo
notari! Ex Surio.

Eant nunc luxuria dediti, & ad propriæ carnis
arbitrium vivant; ut anima postmodum & carne
simul intereant: nunc medallæ mundana dulcedi-
nis sorbeant, ut repleti tunc perpetui cruciatus ab-
sinthiotis visceribus amarescant. S. Pet. Dam. lib. 7.
ep. 19.

S. V B A L D V S E P. 16. Maij.

V BALDVS infulam unam alteramve fugâ de-
clinavit, tertiam eamque Eugubii in patriâ
non potuit effugere, Summi Pont. auctoritate ca-
ptus. Geminis cæcis cum oculos restituisset, ter-
tium idem roganti, docuit libenter oculis carere,
qui animum excæcaturi essent. Hostes inumeros

L 4

patriam